

IN
ISAGOGEN
CARPZOVIANAM
L. FRIDERICUS RAPPOLT,
Prof. Publ.

Vasit ergo claustra speratus liber,
Vestæque motis invida repagulis
Solutus errat, vasta qua tellus patet,
Qua fama splendet nominis Carpzovii,
Et se per orbem didita inserit polo:
Affectus olim, docta cum pubes Viri
Penderet ore, civis eloquio gravi,
Nunc umbilico mactus atque pumice,
Operaque Achata Filiique comtior.
Quid heu libellos ferrei recondimus
Aurumque nulli profuturum seculo
Pici tenemus? inclutis laudem viris
Cur invidemus, Veritati gloriam,
Fructumque nobis? Fata cur non æmula
Scriptis potenter vindicamus posthumis?
Superet relictus talis HOPFNERO pio,
Hæc quo magistro venditant se pleraque,
Natus, sacrarum gnarus artium simul,
Qualis Parentis institit vestigiis

Qui